Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



52

& in brachio meo gentes sperabunt. Vel hoc significat. quod omnes iustificabitur. uel quod in xpm. quest brachium fortitudo dei. Omnes credituri sint nationes. Dicitur & in alio loco. Tuum brachium cum potentia. Confortetur manus tua. & exaltetur dextera tua. & iterum. Cantate dno canticum nouum. saluabit sibi dextera eius. & brachium sanctum illius. Dextera enim & brachium dni. ipse est qui prius p dictos saluabit sibi. ut nullus periret de his quos eis pater dederat. Quod autem insulae uel animae sanctorum. quae in persecutionib; mundi stius firmaindm solitae sunt fide uel ecclesiarum ex gentib; multitudo creatur. crebrius exposuimus. & sicut brachium dni saluatorem sic brachia eius quae populos iudicent. omnes scos possumus intellegere. in quib; dns mundum iudicabit. Leuate in caelo oculos uros. & uidete sub terra deorsum. Quia caelis sicut fumus liquescent. & terra sicut uestimentum aterietur. & habitatores eius sicut haec interibunt. salus autem mea in sempiternum erit. & iustitia mea non deficiet. LXX. Leuate in caelo oculos uros. & inspicite terram deorsum. Quia caelum sicut fumus firmatum e. terra autem sicut uestimentum inueterabitur. & habitatores eius sicut haec morientur. Salutare autem meum in sempiternum erit. & iustitia mea non deficiet. hoc e. quod dns loquitur in euangelio. Caelum & terra transibunt. uerba autem mea non praeteribunt. & dauid in psalmo canit. A principio tu dne terram fundasti. & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt tu autem permanes. & omnes sicut uestimentum uetescent. & sicut pallium inuolues eos. & mutabuntur. Ex quo ostenditur p dictionem caelorum. non in terrum sonare. sed mutationem in melius. De quib; dicitur.

Erit caelum nouum & terra noua. quae ego facta permanere in conspectu meo. Si enim de eis scriptum est. Omnes quidem dormiemus. sed non omnes in mutabimur. in quatuor psalmorum titulis legitur. Proinde quum mutabuntur. Quanto magis hoc de caelo. ac sole. stellis q; credendum e. quando luna solis lumen accipiet. & sol septuplum fulgorem ut habebit. Unde & omnes creaturae congemiscit